Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift



ineo qui non erat deus: et irritauerunt
inuanitatibus suis. Et ego prouocabo eos
ineo qui non est populus: et in gente stulta irri
tabo illos. Ignis succensus est in furore
meo: et ardebit usque ad inferni nouissima
Deuorabitque terram cum germine suo et
montium fundamenta conburet. Congre
gabo super eos mala: et sagittas meas comple
bo in eis. Consumentur fame: et deuora
bunt eos aues morsu amarissimo. Dentes
bestiarum immittam in eos: cum furore tra
hencium super terram atque serpencium. Fo
ris uastabit eos gladius et intus pauor: iu
uenem simul ac uirginem: lactantem cum
homine sene. Et dixi ubi nam sunt cessa
re faciam ex hominibus memoriam eorum.
Sed propter iram inimicorum distuli: ne for
te superbirent hostes eorum. Et dicerent ma
nus nostra excelsa: et non dominus fecit hec